

161
donantis denarium ultimus ex gratia, sine pacto. Quid vero dena-
rius? Parabola servit non scopo. Si vita aeterna est, accipiunt
hanc murmuratores non minus quam pii, quod scriptura non est
ἀνάλογον. Quod si dicant non denarium, sed denarium gratuitum
vitam aeternam notare? Denarium n. gratuitum soli accipi-
unt ultimus et qui ad hos pertinent. Hypocritae non denarium
gratuitum, sed denarium pacti et quidem ab irato domino acci-
piunt. Hanc ergo nisi vespera prohiberet, omnis generis bona,
spiritualia et temporalia, sed nunquam salutaria hypocritis
significare dicerem. Habes, Amice Optime, quid sentiam de
hac parabola, de qua necessarium iudico mentem servatoris
intelligere: pium, de circumstantiis non ἀκριβολογῆν, quod
multi velles sunt conati. Si denarius, qui datus est primis, nos
tenet sollicitos, coniciamus eum in lampadas stultarum vir-
ginum, quo à nundinatoribus indulgentiarum oleum cedimant.
Vale - 16. Martij. 1589.

Epistola Parei.

111/
Viro Clarissimo D. JACOBO MONAVIO
Salutem. Ad ternas tuas, Vir Clarissime, Amice honorande,
quas ante nundinas verae benevolentiae ac humanitatis plenas
accepi, quid unas et sero satis repono, da quos occupationibus
meis, quae me mihi morem gerere, non semper sinunt. Si enim
beato illo tuo otio fruere, utique certarem tecum. Decurri alte-
rum aurea scala salutis gradum, qui est de Baptismo, non
sine magno labore, ut iudicabunt, qui iudicare possunt. Exemplar
dudum ad te per Constantinam misi. An ergo Amicis satis-
faciam, libere ostende. Coeteris n. fallitur, qui satisfacturam
se sperat. Vix potero pergere in his negotiorum vicis, quae
undique obiciuntur, etiam ex aula, quam vicini Principes
varie tentant, pulsantque Opt. Electoris fidem, eequa eam
ratione.

ratione frangant, et de gradu dimoveant supplicii blanditas,
solicitationibus, minis. Ita nimirum jugulum nunc petit Satan
Ecclesiis nostris, ut magno labore contrahendum sit nobis, cum
primis orandi misericors Deus, ut confirmet hoc opus, quod
coepit in sanctissimo pectore, et hanc lauream nobis adveniens
exulibus clementer servet. Quod si omnino visum ei sit et do-
minior quoniam tuus puerus sub aspectum proferre: paramus
nos interim ad exilia, ad carceres, ad supplicia, fratrum
exemplis, utque vires ipse sufficiat, oramus, possidentes tam-
diu animas nostras in patientia.

Exules Miseni magno huc confluxerant numero et benigne ac-
cepti adjuvique sunt. Utinam hic portus ipsis et nobis diu servetur
tranquillus. De D. Gualthero, quem cives mei eiecerunt, saepe
cogito, atque ut debeo, optimi viri fortunam afficio. Verum quid
consulam, vix habeo. Nostri in hoc consilium nullo vocare so-
lent, venientes tamen benigne accipiunt. Vacationem ergo hinc
ne expectet: Cogitet vero, an in hac sua aetate et nostris tam-
subis rebus huc contendere vel velit vel debeat. An vero sub
nidulo suo se continere ad tempus possit, dum hoc transeat
iniquitas. Videbimus, nisi fallor, hanc nubeculam cito esse transi-
turam et Deum opportunè nos ad nostrum auxilium erescere
in immensam furori positurum modum ac servaturum reli-
quias. Interim forte patria eam tolerabit, nec defutura est ei
tua bonorumque aliorum benevolentia, dum alibi deus nidum
ostendat, quia tuo Optimo Viro meo nomine suggeras velim. Dolo
te à N. offensum, etsi quid sit rei, non intelligo. Facies tua
prudentia dignum, si stultitia ejus ignoveris, ac serio eam con-
mone facerem officij, nisi tu ipse significares, noliis de jam de
ipso sperare. Quid ille ad me nuper et ego vicissim scripserim,
nostri. Interim tacet, confido tamen, cum tu tuus deus
recte intelligere. Et serio acturum: ita tamen, ne lenitate
aliqua in se.

162
aliquā in se vel alios peccet. Filiolo Friderico tibi recens do- Scito 1589.
nato ex animo gratulor, ac Filium dei oro, ut eam vobis saluam

in spem familia servet, ac vestro conjugio sic benedicere pergat.

Ita erat, ut scripseram, nostram illum antecessorem provin-
ciam resignasse; sed intercessit aula, ut fieret reconciliatio

inter ipsum et Academicos, quorum voluntates improbatum
sententia de assidue Calamino nostro laeserat. Facta igitur

est restitutio: et nunc absolutā Johannis Evangelistae explica-
tione, Romanos tractat. De adolescentibus nobilibus omnia sine

dubio ex Petro Wilhelmo cognosces. Is bonus vir afflictum
diu habuit valetudinem, cui, meo iudicio consuleret rectius,

si à vino ad consuetum cerevisiae potum rediret. Habueram
à Wittebergensibus vocatum adiuvisti, et ad eos, quantum con-

stat, jam transit. Erit ibi unguis in ulcere. Sed non diu inter ^{Ista eventus paulo}
tam superbos improbosque bene conveniet spero. At videbimus ^{post comprobavit.}

nō tempore, in hoc homine blasphemio et aversione
iudicia Domini: quam vellet invenire. Antagonistam, cui den-

tes infingeret! Sed per nos quam diu libebit, insanire et furere
libebit. Pagella Gratiani Serleij: vidisti forte, sed fictum est

nomen: hominis vanitatem satis convincunt. Roriaty erat per
litteras apud familiares quosdam Bernates, magni se Lutheri

successorem designatum: nempe Leonis scarabum. Itam Roriaty
gratiam tentaverat valedictoria epistolā: sed tabellario responsum

iret quovis gentium in malam rem, modò finibus ipsorum
exularet homo perfidus et turbulenter, cauteque, mox est edicto

ad Praefectos, cujus exemplar tibi mitto, ne libelli ejus intra
territorium ipsorum usquam tolerentur.

Expectas, nisi fallor, à me ad amicum, quem virum bonum
meis perquam audiosum ostendis, pagellam, seu argutias

contra spirituales manducationem, responsum. Quid vero opus

est monstrare errorum fontes, vel solida responsionis fundamen-
ta, ut tū pectus, ubi tam crasse in prima fidei Christiana elementa
impingitur, ut nemo tam sit Argo, immo coeque in rebus divinis, qui
non palpet? Quam periculose in ipso limine impingit, id quæstio-
ne id ponens, quod ab utroque affirmari concedit? Cur non dixit
in questione esse hoc tria: An corpus lateat in pane? an man-
ducetur ore? an etiam ab impijs? quæ, si potest, nobis vel ex

Augustanâ confessione demonstraret.

Quomodo consentit se cum, qui fide percipi veram Christi corp-
tam in coenâ, quam extra eam fatetur, et hanc tamen
functionem suis illis argutis oppugnat? Quomodo consentit
cum suis, qui illam tantum fructuum esse volunt, non cor-
poris ipsius? Et quis feret hoc tam βωλεκα: fidem nostram
et nos totos in terris deorsum fixos habere? ἀράρηθις fidei
esse nudam recordationem? fidem esse notitiam ἐπιπύρσας
herentem in cerebro? esse imaginationem seu phantasiam
cujus actio tantum intra cerebrum subsistat? ferri in sub-
lime per ἐκστασις! Corpus Christi intra nostra corpora
esse, quia Christus per fidem habitat in cordibus nostris? nos
oraliter ad vitam eternam perire? nullam esse posse cor-
poris Christi spirituales presentiam, sed tantum corpora-
lem? Quæ si ita se habent, quomodo dicit Apostolus: τὰ ἀνω
ζήσκει, ubi Christus est ad dextram dei sedens: ποῦ ἔστιν
nostrum est in coelis, unde Christum expectamus? Quid differet
ἀράρηθις mortis Christi et Alexandri? quomodo fides iustifi-
cabit et cum Christo nos uniet? Quid amplius accusamus Pon-
tificios, quod fidem vivificam cum historicâ confundant?
Cur non videmus Ecclesiam canentem: sursum corda: quasi
ἐκστασις? Cur credimus Dominum in coelos receptum, inde
rediturum iudicem? Quidni dicit sedem phantasia cor esse,
et Christum in corde habitare per phantasiam? immo in cordis
ventriculis

ventriculis habitare corporaliter? Quid Christus, quid Paulus, quid
Patres de spirituali esca tam multa? Cur ipse spiritum sanctum
a sacramentis ad sacramentos non relegat? ac fateatur tandem
merè hoc esse *πρωτικόν*, merè *δευτικόν*: quia *δύναμις* nullo pa-
cto adesse vel percipi possit *πρωτικώς*? Vides, quam hoc
sint horrenda. Sed age, Dialecticè, ut vult argutias ejus
executiamur, licet otio tam abundem, quam qui nimirum.

Fides, inquit, aut reipsa aut imaginariè percipit in coenà
corpus Christi. Non reipsa: Imaginariè igitur, hoc est, per
ἀνάμνησιν quandam seu nudam recordationem seu imagi-
nationem, hoc est, phantasiam. Hæc n. sunt *δυνάμεις*.
Mitto jam majorem falsam. Quasi verò phantasia et reipsa
fidem dividant. Minorem nego; Eam probat:

Quod in coelo est absens, fides nequit reipsa percipere in coenà.
Corpus Christi in coelo est absens. Ergo etc.

Fallacia est à secundum quid, ut simpliciter. Major n. de ab-
sente simpliciter: Minor tantum de absente secundum quid
datur. Neg. n. Christi corpus eo quod actu physico tantum
in coelo nunc est, à coenà simpliciter abest: sed cum sit coenæ
res signata, actu sacramentali est presentissimum: non
utique in pane, sed in verbo promissionis pani annexo: nec
ori, sed fidei sumentis. Absit enim Christus in sacramento
non propter panem, sed propter hominem. Nec sequitur, quia
in pane non latet, ideo in coenà non esse. Neg. n. panis solus
est coenà, sed coenà s. absit calumnia dicto. Ignobilior pars,
nobilior verò, quasiq. anima sacramenti est verbum promissi-
onis, quod fides intuens verè percipit rem ipsam, de qua sonat
promissio: nulla temporum locorumve intercapedine ob-
stante, ubi ubi res ea sit corporali situ. Quin imò tota Major
negatur ut falsissima. Fides enim cum sit *ὑποστατικὴ ἐλπίς* prior

καὶ προσημαίνεται ἔλεγχος ὁ βασιλοποιεῖται: nec tempori nec
loco subest, sed vi promissionis, quā nūtiatur, sicut praevenit et
futura, sic et absentia omnia praesentia habet. Ut ergo fides
discipulorum haud impediatur à salvari carnis seu corporis
Christi esu, licet loco à singulis separatim mensa acumbe-
ret in primā coenā, neque dum traditum in mortem esset: ita fi-
des nostra haud moritur nūne coeli terraeque distantiam in sala-
vari carnis Christi perceptione: quia iuxta verbum astruimus, cre-
dit, et Christum in coelo habitare, carne suā donec redeat: et
se per omnipotentem spiritum eādem in coenā pasci ad vitam
aeternam.

Instantia 1. Quae locis disjuncta sunt, non sunt mutuō
praesentia. Corpus Christi in coelo: fides seorsum tota
in his terris defixa haeret. Nulla proinde corporis ad fi-
dem est praesentia vel perceptio.

Major de locali et corporali praesentia vera esse potest: de spi-
rituali minime: quae est rerum etiam dissitarum per eundem
spiritum et fidem conjunctio, cujusmodi membrorum omnium
etiam disjunctissimorum cum Capite Christo et inter sese in
coenā sanctorum, clarius ex Apostoli doctrinā i. Cor. X. 7. et XII. 13
quam ut negari possit. Et errat meā quidem sententiā, toto coe-
lo Anicetus, si praesentiam solūmodo locorum identitate definit
putat, cum ea omnia verē dicantur, et sint praesentia, quia
sunt praesens, hoc est, sensibus sive externis, sive internis
percipiuntur. Sic sol in coelo haerens oculo est praesens; Prae-
ceptor in cathedra docens omnibus auditoribus est praesens. Paulus
Corinthiis suo spiritu erat praesens, corpore Philippis absens:
sic et corpus Christi naturali situ in coelo manens, praesens
est fidei in coenae promissione, propter spirituales
et infallibilem perceptionem.

Apage verō, Minorem illam Epicuro magis quam homine
Christiano dignam; Fidem totam in his terris haerere; quod
est blasphemia.

164
est blasphemia: Sennetiana principium. Si n. fides humi ce-
pit infra, quomodo quæret mens nostra, quæ sursum sunt, ubi
Christus est ad dextram dei sedens? quomodo cum Christo colla-
vit nos deus in coelestibus? quomodo potestur nostra in
coelis est, unde Jesum rediturum expectamus? Facestant ista
i pijs auribus tam soporosa.

Instantia II. Notitia empirica in mente, et cerebro non
operatur extra cerebrum. Fides est talis notitia. Non ergo
extra apprehendit Christum in coelo existentem.

Quis rursus tam crassam Theologiam feret in minore? Hoc est
ignorare, vel petulanter eludere principia Evangelii et calu-
mnijs Papistarum herbam porrigere. Fides minimè empirica
est notitia in cerebro hærens, et inani se speculatione pasens,
sed notitia fiducialis in mente, simul et corde sedem habens. sed
et foris non minus quam intus ἐκπληκτικῶς apprehen-
dens rursus, faciens Christum cum suis beneficijs, perq. cha-
ritatem operans.

Instantia III. Quod est in corde, id non percipit fides extra sed
intra nos, quia fides est in corde, cor in corpore.
Christus est in corde nostra, quia habitat per fidem in cordibz
nostris. Ergo percipitur fide non extra, sed intra corpus
nostrum existens.

Quis vero quatuor terminos coecis non palpet? Cor in maiore
pro parte corporis seu viscere; in Minore Hebraica phrasi pro
ipsa anima, eaq. renata per spiritum, seu pro interno ho-
mine capitur. Non n. in corde ut cor est, sed ut cor fidele
est, Christus habitat: nec corporali ingressu vel existentia,
sed spirituali unione per fidem in nobis manet. Neq. n. vult
Apostolus, substantiam carneam et osseam corporis Christi in-
tra ventriculos carni cordis nostri delitescere, sed Christum
totum capi à fidei anima, et cum eà unum fieri, mediante

Spiritu Sancto, in ipso et nobis habitante. i. Cor. XII. 13. i. Joh. III. 24.
et IV. 13. de qua inhabitatione etiam Christus Joh. XIV. 23. ac dicens
addit Apostolus PER FIDEM, ut phantasias corporalis inhabitati-
onis seu existentia excludat.

Instantia IV. Fides non est exsavis, nec agit per exsavis. At
extra se rapi in sublime, esset agere per exsavis. Non ergo
extra se rapitur in sublime, fides.

Minor inanem sarcasum habet, contra Apostolum. Quare, quia
surgunt sunt, τὰ ἄνω, et contra totius Ecclesia sanctissimam
vocem: surgunt corda: Quasi vero fides per exsavis, hoc est,
miraculosam animi extra corpus veluti egressum et contem-
plationem rerum seu specie seu verè presentium ac non potius
suo proprio et naturali actu feratur in rem promissam, dum
promissione Dei haud terra affigitur, sed in sublime evectitur,
ut ipsa tibi quasi coelum et terram copulet. Credienti n. omnia
possibilia, inquit Christus, proinde et omnia presentia. Unde et
Coena actio non tam terrena quam coelestis est, et mensa non
graculorum sed aquilarum à Chrysostomo scite vocatur.
Summa: πῖσις καὶ πῖσις non possunt non perpetuo conjuncta
esse tam in visibili quam in audibili verbo. Si meminerit
Amicus, promissionem sacramenti non sonare de presentia
corporis in pane vel in elementis: sed esse coniectionem Evange-
lii de salvifica carnis seu corporis Christi pro nobis traditi-
one, manducatione, symbolis seu ritu sacramentali majoris ad-
deas gratia vestitam et obsignatam. Credamus ergo promissi-
oni, Christum traditum pro mundi vita, presentem nos pascere
scilicet licet sub elementis non delitescat: sed per omnipotentem spiri-
tum: nec fingamus presentiam definitivam aut repletivam, ubi
nulla est opus, sine verbo. Haec nostra est felicitas, quod cum
Christo unum simus per unum Spiritum: ac tanti mysterii
sacramentum coenam habemus, τὸν δοκῦντος καὶ ἁγίου
de qua ipse ἁγιοποιεῖται, nec invidemus ei oralem partem, in quo
si vitam aeternam querit, videat miser, ne vento pasca-
tur. Superest argumentum alterum.

Aut corporaliter aut spiritualiter adest corpus Christi in
Coenā. Non spiritualiter Ergo corporaliter.

Minorem falsam probat: Res corporea non adest spiritualiter:
ut nec Spiritus corporaliter. Nihil n. inquit, ultra naturam aut
modum essentiae agit operaturive. Corpus Christi in coenā est
res corporea. Non ergo spiritualiter adest.

Hec planē sunt fanatica. Nam si haec creditur, nulla est spi-
ritualis manducatio, praesentiaq; sed tantum corporalis in coenā.
Unā igitur lineā iste expungit, quicquid Apostoli et sancti Patres
de spirituali praesentia et manducatione carnis Christi tra-
sunt, et Ecclesia haec credidit. Quin imo rursus elidit, quod
prius concessit, sanctionem corporis etiam fide fieri. Quod n.
fide fit, spiritualiter fit, si totus reclamet mūdus. Si verō nulla
datur rei corporea spiritualis praesentia, nulla etiam talis datur
manducatio, quod fendo non est auditum in Ecclesiā. Sed miser
suis sibi argutis illudit. Res corporea, quā corporea est, seu
essentia ratione, non adest, nec percipitur spiritualiter, hoc
est per modum spiritus, seu definitive, quia sic corpus fieret
spiritus. Dams hoc libenter. Falso igitur Lutherus: corpus adest
in pane definitive, et sic natum ex matre penetrasse saxum
et januas clausas, ut sonus parietem transiret: quod figmentum
bella concordia recitat, laudat: et rursus damnat pro modo
definitivo repletivum seu Majestaticum supponens. Sed falsum
hoc non minus illo est, ex regula ipsius Amici, quod nihil
praeter naturam modum agat. Potest verō res corporea spiri-
tualiter esse in sacramento, non quā corporea in se: sed
quā est res sacramento significata, quoad spirituales per-
ceptionis modum et finem. Atq; hoc sensū corpus Christi
adesse in coenā spiritualiter dicitur, non definitive seu
per modum spiritus: ut fingit ipse: sed ut est spiritualis
alimonia, spirituales in nos vitam transfundens. Ista
impropria fallaciam ut plenius intelligat Amicus, capulat

quæso considerationem commonefactionis Cypriana de Coenâ
p. 56. et desinet vereri, ne spectrum aut phantasma à nobis
sibi obtrudatur. Hæc, Mi Monavi, ut currens dictavit calamus,
ad pagello argutias et quidem prolapsius quam pro otio meo,
quantis voluntas initio ferebat. Si querit veritatem Amicy,
cedet. Si secus, nihil illi satisfaciens. Oro autem, ut partium
sententias rectius cognoscat, et ad fidei arduas cunctas
examine: imprimis verò, quam de fide Periclitæ mente
circumfert, deponat, ne seipsam inani larvâ terreat, et son-
tificis calumniandi arsam porrigat. Vale. Idibus Novemb.
1589.

112

D. Davidi Paræo Ernestus Vezelius S.

Hæc vespere, Clarissime Vir, postquam me paroxysmus et sudor febris
reliquissent, indicavit mihi mea conjux, se vidisse te cum D.
Aarone præterire meam posteriorem portam, quod sanè libenter
audivi, nam existimabam me nactum esse commodam opportuni-
tatem tecum de filio meo Gerharδο colloquendi. Itaque, hodie
summo mane, nisi ad D. Aarone interrogatum, ubi diver-
tisses? Ille indicari mihi jussit, te hæc vespere adhuc in Lachen-
wisse, inde, summo diluculo iturum esse spiram, ut rhedam
euntem Heidelbergam apprehendere, et in ea Heidelbergam
vehi posses. Cum igitur neglexerim occasionem coram tibi
exponendi meam petitionem, volui id per has literas facere,
sed breviter, nam et tremula manus et debile caput non pa-
tiuntur me multa scribere. Est autem ut spero à D. No-
rectore nostro tibi expositum, meum filium esse saty habere
ad translationem in domum sapientie, et nihil aliud obstarè
velle ejus translationi, nisi quod quidam condiscipulorum ipso
grandiores adhuc per dimidium annum quoddam repetere et fir-
mius insculpere sibi debeant. Neg autem filii urget progressum
in studiis, et agere fert, se rursus dimidium annum sicut
hactenus facere coactus fuerit consumere et non potius progressum
debere.